Caesar, de bello Gallico, I, 20

Raum für Notizen

1 Diviciacus
2 multis cum lacrimis Caesarem complexus
3 obsecrare coepit,
4 ne quid gravius in fratrem statueret:
5 scire se
6 illa esse vera
7 nec quemquam ex eo plus quam se doloris capere,
8 propterea quod,
9 cum ipse gratia plurimum domi atque in reliqua Gallia,
10 ille minimum propter adulescentiam posset,
11 per se crevisset,
12 quibus opibus ac nervis non solum ad minuendam gratiam,
13 sed paene ad perniciem suam uteretur.
14 Quodsi quid ei a Caesari gravius accidisset,
15 cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret,
16 neminem existimaturum (esse)
17 non sua voluntate factum.
18 Qua ex re futurum (esse),
19 ut totius Galliae animi a se averterentur.
20 Haec cum pluribus verbis flens a Caesare peteret,
21 Caesar eius dextram prendit:
22 consolatus
23 rogat,
24 finem orandi faciat;
25 tanti eius apud se gratiam esse
26 ostendit,
27 ut et rei publicae iniuriam et suum dolorem eius voluntati et precibus condonet.

28 Dumnorigem ad se vocat, fratrem adhibet; _____
29 quae in eo reprehendat, _____
30 ostendit; _____
31 quae ipse intellegat, _____
32 quae civitas queratur, _____
33 proponit; _____
34 monet, _____
35 ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; _____
36 praeterita se Diviciaco fratri condonare _____
37 dicit. _____
38 Dumnorigi custodes ponit, _____
39 ut, _____
40 quae agat, _____
41 quibusqum loquatur, _____
42 scire possit. _____